

## **Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**

### **Wersja krakowska**

Rękopis Biblioteki Narodowej, sygn. 12607 III, k. 36ra-36rb

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 47 [Gn. 40]

[47] [k. 36ra] Conqueritur vir super alterum pro bonis, quod sua sit vera hereditas, et quod ille teneat cum iniuria, et sua vera sit successio a suo patre, vel ab alio suo amico, a suo predecessore, et si ille conpareat super quem querimonia proposita fuerit, et dicet se habere bonorum defensorem, et bona possidet [s] pacifice<sup>a</sup> et quiete, [vini<sup>b</sup>] anno et die, contradiccione qualibet non obstante et est iuste ac rite meum predium censuale, ipsum oportet defensorem suum nominare, et ad dies statuere, et cum defensore conservet sua bona, si defensus fuerit, ut iuris est, a defensore. Si autem sibi defectus fuerit defensore, actor conservat suam legitimam seu legalem proprietatem, in bonis eisdem, quia quivis homo conservat suam innatam [k. 36rb] hereditatem, facilius quam alter emptam proprietatem, aut obligatam proprietatem, aut datam proprietatem, aut predium censuale.

<sup>a</sup> wyraz poprawiany z pafici; <sup>b</sup> skreślone przez autora podstawy

[hasła: skarga, nieruchomości, dziedzictwo, spadek, ojciec, krewny po mieczu, spadkodawca, spokojne posiadanie, świadek, rok i jeden dzień, termin, prawo naturalne]